



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs VI. Domine ne in furore tuo arguas me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

26

PSALMORVM

22 Ast tibi qui sese credunt, latentur, & usque
Fundant ouantes carmina.

23 Tu placida latos recreabis nominis umbra,
Cultus amantes & tui:

Namque fount iustum tua numina fausta latenter
Scuro fauente sub tuo.

PSALMVS VI.

Domine ne in furore tuo arguas me.

SOSPITALIS DEPRECATIO.

2 Ad præstantem in Neginoth super octauam,
Psalmus David. Ode Tricolas Tetrasphætis.

2 **O** Parce nabo me miserum tuo
IAS leuero inuoluere criminis,
Iraque desiste incalente.
Emeritas celerare poenas:

3 IAH comminutum me rigidè foue
Misertus IAS, & medica manu
Defende, quem robur solutis
Ossibus exanimat reuulsus.

4 Iamque inquietis visceribus breuis
Vitæ cadentis spiritus euolat;
At tu salutis auctor IAS
Quémue modum statuis laborum?

5 IAS reuersus (nam potes) expedi
Languore vitam protinus obrutam;
Ac dexter afferto salutem
Numine præfacilis benigno.

6 Obliviosæ mortis in horridis
Conclusus an tris haud memor est tui:
Quis dictus est muto in sepulcro
Posse tuum celebrare numen?

7 Nullum est gementis pectoris otium
Nocteis per omneis lectulus innata;
Humentis & straum cubilis
Continuis lacrimis liquebit.

8 Exesus atra moestitia color
Perdurat hosteis inter & æmulos,
Qui me neque immunem dolorum,
Inuidiæ laqueis coarctant.

9 At vos nefando qui studio mali
Ardetis omnes, me procul irriti
Absistite; IAM quippe vox hac
Atque mei tetigere fictus,

2a Hic

- 10 Hic supplicantis vocibus annuit
IAS petiti muneric efficax;
11 Non auspicati voti ut hostes
Pertrepidum referant pudorem.

PSALMVS VI I.

Domine Deus meus in te speravi.

IVDICII INIQVI DECLINATIO.

- 1 SIGAION Dauid, qui cecinit Domino super
verba Cus filij Iemini.

Ode Tricolas Tetraslrophos.

- 2 O Forte rebus praesidium meis,
Atque orbis IAS arbiter vnicus,
Assertor æquus, me sequentum
Faucibus eripiæs cruentis:
3 Namque hostis artus ut laniet meos
Vilientis audax, obfidet ut leo,
Si forte contingat carentem
Vindice me & gregibus reuulsum.
4 O Rector IAS, si facinus malum
Prudens peregi, si dolus improbas
Palmas notauit; vel nocentia
Crimina criminibus repono.
5 Si me vel is qui non meritum premis,
Fraude abdicata, ferre potest reum,
Non cesser hostili minacein in
Me studio properare cursum:
6 Composque vitam præcipitet grauem,
Terram cruore is dum satiet meo;
Nostrumque nec certo in sepulcro
Puluis iners decus vsque celet.
7 Exurge naso quo tremeris, tuo, &
Me, IAS, prementum pectora turgida
Contunde, sublimisque monstra
Iura tibi placuisse recta.
8 Te spissa, gentes, agmina iudicem &
Spectare mores conueniunt ruos:
Excelsus assertorque recti
Sedibus ergo tuis corusca.
9 IAS, nam & orbem iudicio regis,
Causam probata lance, precor, meam
Expende, & immunes petentis
Cerne manusque animatumque purum.

Iamque